

ନୀତିରେ କାହାରେ କାହାରେ କାହାରେ କାହାରେ କାହାରେ

LOGICORUM
LIBER NONUS,
De
FALLACIIS.

Cap. I. Fallacia in genere.

ADhuc de instrumentis veris: sequitur de instrumento apparête seu falso, quod fallit sub specie veri: *unde & fallacia dicitur.*

Vocabulum elenchi ex- plicatum.

Aliâs dicitur *elenchus*: quæ vox est in polysemis. Nam si-
gnificat indicem, quomodo librorum elenchos appellamus;
& argumentum seu argumentatio aem denotat. Et hoc sen-
su alius elenchus est verus, philosophicus & logicus, alias fo-
phisticus & captiosus, quem philosophus vocat ἐλένθος
ἀγωνιστής, litigiosum & rixantem, quidam Logici παρεξί-
λεγχος elegāter. Nam παρεξίς significat extra, q.d. extra elen-
chi requisita vel leges. Præterea elenchus significat redargu-
tionem seu reprehensionem, unde signa ἀλεγχίης philosopho in Rheticis dicuntur, quæ refutari facile possunt, & op-
ponuntur illis, quæ vocat in analyticis δεκτής. Hinc sophi-
stici elenchi sunt sophistarū redargutiones, voce elenchi so-
phistici sumtâ tum activè, tum passivè. Activè significat red-
argutionem veram, quâ sophistarum fraudem detegimus;
passivè significat redargutionem apparentem, quâ sophistæ
videri volunt nos cōvincere. Et hoc modo posteriori accipi-
tur per synecdochēn pro captioso syllogismo; & per aliam
synecdochēn pro certâ syllogismi captiosi specie, quæ di-
citur peculiariter ignoratio elenchi. Nos hoc loco accipi-
mus elenchum pro instrumēto Logico apparenti, quod op-
ponitur instrumento Logico vero; unde tot illius species cō-
stituimus, quot recensuimus species instrumentorum vero-
rum. Dici etiam potest *sophisma*; quod vocabulum, ut & *fal-
lacia*, καὶ ἔξοχης, strictè accipitur pro syllogismo apparenti.
Sed nos ampliamus, vel potius sensum generalem istarum